Quelle: http://manuscripta.at/?ID=922
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



le ꝑsonas quoq; discerneret sin
gulorꝫ. Inponentesq; ei manus
⁊ loca doloris attactu piissimo
lenientes. omnem ꝑtinꝰ egritudi
nem depulerunt. Siccatꝰ est enim
ilico flegmatis riuus. ⁊ dolor
omnis abcessit.

Cum autem ⁊ ego egrotarem aliquando
in domo nostra. ⁊ iam nimium me
fatigassem ⁊ attriuissem in longum
nimium se ꝑtendens egritudo. au
diens hoc misit ad me fratrem su
um bone memorie Gerhardum.
mandans me uenire ad claram
uallem. spondens me ibi cito
aut curandum. aut moriturum.
Ego uero quasi diuinitus accepta uel ob
lata facultate seu apud eum mori
endi. seu aliquamdiu cum eo uiuen
di. quorum quid tunc maluerim ig
noro. ꝑfectꝰ statim sum illuc. quam
uis cum nimio labore ac dolore.
Vbi factum est mihi quod ꝑmissum fue
rat. ⁊ fateor sicut uolui. Reddita
quippe mihi sanitas est. a magna ⁊
periculosa infirmitate. sed sensim

ac paulatim. uires corporis redierunt.
Deus enim bone. quid mihi boni contulit in
firmitas illa. ferie ille uacatio il
la ex parte ad quod uolebam. Nam quod
cooperabatur necessitati mee. toto il
lo tempore infirmitatis mee apud eum.
infirmitas eius qua ⁊ ipse tunc temporis
detinebatur. Infirmi quoque ambo tota di
e de spirituali fisica anime conferebamus. de
medicamentis uirtutum contra lan
guores uiciorum. Itaque tunc disseruit mihi
de cantico canticorum. quantum tempus
illud infirmitatis mee permisit. mora
liter tamen. intermissis alterioribus mysteriis
scripture illius. quia sic uolebam. ⁊ sic
petieram ab eo. Singulis diebus quecumque
super hoc audiebam. ne mihi effugeret
scripto allegabam. in quantum mihi deus do
nabat. ⁊ memoria me iuuabat. In quo
cum benigne ⁊ sine inuidia exponeret
mihi ⁊ communicaret. sententias intel
ligentie ⁊ sensus experientie sue. ⁊
multa docere niteretur in expertum. quod non nisi ex
periendo discuntur. ⁊ si intelligere non po
teram. adhuc quod apponebantur mihi. plus
tamen solito intelligere me faciebat.